



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Das Grössere Krancken-Buch, Sampt vorhergehender
Fürbereitung Zu einem Seeligen End, P. Martini, Capucini**

Martin <von Cochem>

Franckfurt am Mayn, 1689

De Captivi Confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60465)

Seuffzer eines Gefangenen.

Ach mein liebster **GOTT!** Ach mein gütigster
GOTT!

O Gott verlaß mich nicht! **O** Gott sey mir armen Sünder gnädig! **O** Gott verzeyhe mir meine schwere Sünden.

JESU du Sohn Davids erbarm dich meiner.
JESU du Sohn der Jungfrauen Maria/erbarm dich meiner.

Umb deines bitteren Leydens willen / verzeyhe mir meine Sünden. Umb deines bitteren Todes willen/ sey mir barmherzig.

O H. Maria bitt für mich! **O** H. Maria stehe mir bey. **O** H. Maria verlaß mich nicht.

O ihr liebe Engelen bittet für mich. **O** ihr liebe Heiligen bittet für mich. **O** mein lieber Schutzengel stehe mir bey.

Vatter! ist es möglich bey dir/so nim den bitteren Kelch von mir. Dannoeh nicht mein/ sondern dein Will geschehe.

Quotiescunq; à captivo recedit, oret super eum genuflexum. Misereatur tui & Indulgentiar, &c. Et benedictio Dei omnipotentis, Patris † & Filii & Spiritus Sancti descendat super te, & maneat semper tecum. Amen.

De Confessione Captivi.

Captivus ad torturam vocandus non admittatur
ad confessionem sacramentalem, priusquam in foro externo res fuerit liquida, nec metus ulterioris tortura residuus sit: Alias ei facile periculum sacrilega confessionis praberetur: quia non facile in isto statu fatebitur Confessario, quod in iudicio fateri noluit.

Antequam Confessarius eum ad confessionem admittat, prius conetur habere notitiam iudiciorum, & probationem causa criminalis in iudicio factam, ut possit eò prudentius officium suum peragere.

Post sententiam latam, aut causam liquidatam, sublatamq; metu ulterioris tortura, hortetur eum ad pœnitentiam & confessionem, explicetq; ei, obligationem Sigilli Sacramentalis tantam esse, ut si totus mundus interiturus esset, non liceret Confessario vel unicuique peccatum manifestare. Dicatque ei, quod quæ secum in foro conscientie agit, nequaquam posse à se cum iudice communicari. Sive ergo sit innocens sive nocens, hoc ipsi propter confessionem factam in foro externo nec prodesse, nec obesse posse.

Si renuat confessionem, dicendo, sibi non suppetere tempus sufficiens: respondeat, Dei gratiam non esse alligatam tempori, cum unico momento obtineri possit. Quod si dicat, polliceri se vitæ emendationem, si vitæ prorogetur, &c. subinferat: Voluntatem quidem hanc Deo placere; attamen Deo notum esse, an hoc promisso staturus sit. Interim certus sit, Deo nihil gratius offerri posse quam vitam ipsam, si quis lubens & volens mortem patiatur.

Si dicat: Esse, qui gravius ipso deliquerint, attamen à Deo non puniri. Resp. Ipsis forsitan in alterâ vitâ manere supplicia longe graviora, eaq; sempiterna. Dicendum potius cû S. Augustino: Domine hic ure, hic seca, ut in æternum parcas. Si horrorem infamie prætendat, dicendum est: Satius esse coram paucis hominibus infamari; quam postea coram Deo & omnibus creaturis ignominiam æternam affici. Denique à Deo & Angelis non attendi, an quis infami supplicio sit affectus, sed an pie & christianè obierit. Sicut patet in latrone crucifixo, cui nemo supplicium crucis impropert, sed omnes contritionem ejus depradicant.

Volenti i

Volenti jam sua peccata sacramentaliter confiteri hortetur, ut integrè ea fateatur: certus quia ei revelaverit aeterno silentio sopienda fore, nec quidquam apud Iudicem pro-vel ob futura: cum confessio ad forum externum non pertineat.

Si in Confessione neget, qua in iudicio fassus est: conetur ipsum iisdem rationibus convincere, quibus in iudicio convictus fuit. Insuper & aliis rationibus ad sinceram confessionem, scilicet metu gehenna &c. inducere conetur. Quod si perstet in pertinaciâ, asseratq; se pœnarum metu fassum esse, quod non fecerat: confessarius acquiescat: monendo eum, ut suam innocentiam Deo offerat, & si quidem mori debuerit, pro aliis suis peccatis mortem lubens oppetat.

Ceterum communiter non expedit, si innocentem quempiam in confessione deprehenderit, id ipsum Iudicibus denunciare. Tum quia communiter id non credunt, tum quia esset contra sigillum, detegendo ejus mendacium extra confessionem factum, & in confessione cognitum, si absq; licentiâ pœnitentis id faceres: tum etiam, quia alii inde arriperent occasionem peccata celandi.

Pœnitens, maximè ob veneficium comprehensus, interrogandus est, an etiam alios falsò denuntiavit? Si affirmat, subdendum, teneri eum sub gravi peccato, & salutis dispendio revocare. Si dicat, ob metum nova tortura revocationem illam sibi intolerabilem esse: tunc inducatur, ut in carcere faciat revocationem hanc coram aliquot testibus, qui eandem post mortem ejus prius propalent. Quod si & hoc detrectet, saltem revocet immediatè ante mortem coram aliquot testibus. Posset quoque in tali casu dissimulanter differri Absolutio, usq; ad ipsum locum supplicii: ubi jam moralis est impossibilitas revocandi judicialiter, & dispositus deniq; ad contritionem sacramentaliter absolvi.

Si quis crimen magia sacramentaliter confiteatur, inquirat in qualitatem huius superstitionis, an ex animo Deum & SS. abnegaverit, an falsa de Deo & eternitate senserit, an Deum & SS. blasphemarit, an demonem adoraverit, aut alicui in corpore aut bonis nocuerit, an cum damone coierit, &c.

Demum ad contritionem eum disponat, recitetq; formulam contritionis cum eo, & in super contritionem illam generalem, qua post conciones in cathedra legi solet, qua incipit: *Ich armer sündiger Mensch*/rc. Et si viderit contritum, absolvatq; instruat eum, quomodo deinceps fraudibus Diaboli occurrat, & Christo fidelius adhareat.

In Gehen zum Gericht/

De Educatione Rei.

Reo ad mortem damnato, pridie quam occidatur, prabeatur ei sacra Communio: id enim & Rei utilitas, & Sacramenti suadet reverentia. Ultimâ nocte ante supplicium Reus non relinquatur solus, sed Sacerdos eum aliquot secularibus apud ipsum vigilet, totamque noctem, quantum possibile est, piis admonitionibus & precibus cum ipso traducat. Preces poterit ex hoc Libello desumere, ubi copiam earundem inveniet. Maximè autem pralegat ipsi, das *Geistliche Testament*/ quod habetur in prima parte.

Mane dum Reus ex loco carceris vel custodia educendus est, dicat ad eum Sacerdos.

Nun mein lieber R. wollen wir eintreten den Weg des bittern Leydens/den unser H. *Er*. *J*esus für euch gangen ist. Ihr solt gedencken/heut seye der H. *Ch*arfrentag/an welchem *Ch*ristus den bittern Tod für euch gelitten hat; dar
um